



B. 191.

XXXI.

8  
55

POLYMNEMONES  
SIVE  
**MEMORIAE**  
**DIVINIORIS**

EXEMPLORVM PLVS. CENTVM  
EX VARIA  
PRAESERTIM ERVDITORVM HISTORIA  
DEPROMOTORVM

**CONTINVATIO TERTIA**

QVA AD  
**ORATIONES**

IN SOLEMNIBVS CAROLINIS AD D V KAL FEBR.  
POST MERIDIEM A PRECIBVS PVBLICIS  
BENEVOLE AVDIENDAS

CONCIONEM VIRORVM SPECTATISSIMORVM  
IN MVSEVM STADENSE PVBLICVM

PER QVAM OFFICIOSE CONVOCAT

**MICHAEL RICHEY**  
RECTOR

---

STADAЕ OPERIS HOLVVEINIANIS  
A CIO IO CC XI

POLYMIENONES  
SIVE  
**MEMORIAE**  
**DIVINORIIS**  
EXEMPLORVM PAS CENTUM  
EX AVARIA  
PARVITATIM RADITIONVM HISTORIÆ  
DEPARTMENTVM  
CONTINAVIT TERTIA  
AD  
**ORATIONES**  
IN SOLEMNIBVS CAROLLINIS AD DÆMÆ EBBR  
POST MERIDIEN A HÆCGRAS PARTIC  
BENEFACTÆ AVARIDÆ  
CONCIENIA ALIORVM SPECIATISSIMORVM  
IN MÆDIÆ STAPINÆ PARTIC  
PER QVAM OFFICIOSE CONNOCT  
**MICHAEL RICHEY**  
RECTOR

---

STADÆ OPERIS HOLLAENDIANIS  
A CO 15 60 11



T tandem ad finem paullatim decur-  
rat haec nostra de hominibus memoria  
claris commentatio , non tenuis eorum  
manipulus nunc denuo prodit, residuis  
pro nouissimo agmine reseruatis , quos  
vna cum nobili superiorum supplemento,  
annuente Deo, alias extrudam. Quam-  
quam enim exempla plus centum in  
chartis antegressis iam exhibuerim, atque nunc, his additis, ab altera  
centuria completa propius absim; haud arbitror tamen, in hoc genere  
vitium esse, plus dare, quam promissum sit, praesertim cum ipsae argu-  
menti diuitiae, ne omnibus quidem forulis excusis (1), vrgeant libera-  
litatem. Quod si igitur ii lectores hactenus nondum pertaefos experti  
sunt, qui de Eruditis statura paruis, de malis eruditorum vxoribus, aliis-  
que eiusmodi argumentis plus satis singularibus (2) scriperunt; non  
est,

A

(1) Nam quantum non subsidiis afferre nobis potuisset libellus ille *Ioannis Brancaeii*,  
I*cii Panormitani*, qui inscribitur *Ars memoriae vindicata*, editus Panormi  
anno 1702. 12. in quo, vt cognosco ex *Actis Erud.* Lips. A. 1703, pag. 65. sq.  
praeter artis illius decantatissime vindicias, immensus proflat numerus eorum,  
qui tenacissima memoria floruerunt! Sed fuit nobis in hoc Germaniae angulo  
Sicul is illis auxilis carentum.

(2) Historia literaria iam fere luxuriante, non deerunt tandem, vt opinor, qui de  
eruditis quoque obesis & macilentis, de lippis irem & gibberis scriptitaturi sint;  
siquidem ad scribendi necessitatem satis est, nihil adhuc *singulare de eo argu-*  
*mento scriptum esse.*

est, quod verear, ne quis rerum memoratu digniorum lectione fatigetur. Tanto enim iustius est scribendi officium, quanto ii, de quibus scribimus, ultra communem hominum sortem excellent. Praeterea nec mihi suavis haec ex amoeno παρεγγόν voluntas, nec tantis polymnemonibus memoriae perennitas erit inuidenda.

Ordinar ab exemplis duobus, quae ideo praetermitti non potuerunt, ne viderer ad eorum commendationem ab aliis factam non aduertisse: quamquam ceterum admirationem praegrandem non facile mouebunt. Nam quae de Michaeli NEANDRO, tanquam argumenta memoriae diuinioris, solius Clarmundi fide attulit Auracherus (3), quod scilicet ob memoriae bonitatem studiis literarum addictus fuerit, & eius ope Pythagorae, Phocylidis ac Threognidis sententias fere edidicerit; ea non videntur communem multorum felicitatem satis transscendere (4). Idem Auracherus, & ante eum Car. Frid. Pezoldus

(5)

(3) Hunc *Io. Iac. Auracherum*, Venetum, iuuenem elegantissime doctum, haud pri-  
dem lenae praematura morte extinctum esse, cognoui ex vii celeberrimi B. G.  
Struuii *Supplementis ad notitiam rei litterariae nuper editis*, pag. 134. **Doleo**  
hominem florentissimum, magnae spes praecemptum, & nullus ei inuideo iudi-  
cium Cl. Struuii, quo Auracheri sui Dissertationem *de Memoria nostris duabus*  
programmatibus longe pleniorem, & exemplis multo pluribus referant praedi-  
ciet. Laudatori tamen clarissimo confitare posuisse puto, duo nostra priora  
programmata non omnem apparatum nostrum exhaustisse, sed nominum seriem  
non ultra literam G. produxisse; Auracherum vero (nostris etiam symbolis  
ditatum) per vniuersum Alphabetum decurrisse, adeoque exemplorum numero  
nostra initia facile superasse. Postquam autem effusa a nobis fuerint omnia,  
que hanc in rem colligimus, non erit fortassis, cur nostra congeries, siue  
copiam, siue delectum species, postponatur Auracheriana; etiam si huic ac-  
cesserit spicilegium illud prolixum, quod post fata iuuenis clarissimi se possi-  
dere ait Cels. Struuius, in publicum aliquando enulgandum.

(4) Ceterum quantum vir fuerit Michael Neander, & scripta eius, & merita, & infinita  
virorum summorum testimonia loquuntur. Morhosius *communem Germaniae*  
*Praeceptorem* vocat, Tom. I. *Polyhist.* Lib. I. c. 18. § II. qui titulus, si forte  
nimius, & soli Melanchthoni relinquendus videatur, certum tamen est, remi-  
publicam scholasticam, a Lutheri temporibus, neminem habuisse in omni  
Germania diligentiorem architectum; quam hunc Neandum. Obiter addo,  
ap. Thuanum & Koenigium pro Silesia retribendam esse, Lusatiam Neandri  
patram; item ap. Teisserium in *Elog. Thuan. P. II.* pag. 228, pro Academia  
Isfeldensi reponendum esse *Gymnasium Isfeldense* in Hercynia, cui Rector  
per

(5) NEPOTIANVM Presbyterum, aetate iuuenem, Heliodori Praesulis ex sorore nepotem, quem Hieronymus Timotheum sui temporis vocat, inter admiranda memoriae exempla collocant; vterque inhaerens verbis Drexelii (6), qui Nepotianum ait libros ea memoriae facilitate tractauisse, vt in familiaribus colloquiis ac disputationibus, si quid eruditionis in medium fuisse prolatum, statim expedite diceret: hoc Tertulliani est, hoc Cypriani, hoc Laetantii: illud Hilarii est: sic Minutius Felix, ita Victorinus, in hunc modum locutus est Arnobius. At enim vero si inspicias ipsum Hieronymi locum, ex quo omnis illa de Nepotiani memoria opinio manauit, nihil ibi de memoriae praestantia, omnia autem de candore & modestia dicta esse reprehendes. Ita enim ille in epistola de morte Nepotiani ad Heliodorum consolatoria (7): *Sermo eius per omne coniuvium de scriporibus aliquid proponere, libenter audire, respondere verecunde, recta suscipere, prava non acriter confutare, disputationem contra se magis docere quam vincere.* Et ingenuo pudore, qui ornabat aetatem, quid cuius esset, simpliciter confiteri. Atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, istud Cypriani, hoc Laetantii, illud Hilarii est. Sic Minutius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est loquutus Arnobius. Me quoque, quia pro sodalitate auunculi diligebat, interdum proferebat in medium. Lectio neque assida, & meditatione diuturna pectus suum bibliothecam fecerat Christ. Apparet ex his, Nepotianum non quidquid in colloquiis, & a quibus cunque prolatum fuerit, statim, quasi omnes scriptores memoriter teneret, suo quoduis auctori assignare potuisse; sed, siquid ipse ex alio auctore attulerit, nomen etiam eius simul professum fuisse, ne ea, quae aliena essent, pro suis venditare videretur. Praeter mentem itaque Hieronymi ad memoriae specimen trahit Drexelius, quod arrogantiae tantum euitandae cauissa a Nepotiano factum intelligitur. Certior fortassis memoriae facultas censebitur NERONIS Claudi Caesaris, qui

A 2

omnes

per 45 annos ita praesuit Neander, vt fassus sit Melanchthon, nullos Wittenbergam adire doctiores, quam qui Ilfelda, ex Neandi schola, aduentarent.

(5) In Disser, de Memoria memorabilis saepè nobis allegata pag. 27 sq.

(6) Part. I. Turifod. cap. II. p. m. 16. a quo non discrepat Laur. Beyerlinck in Theat. vir. hum. lit. M. p. 402. A.

(7) Quae inscribitur Epitaphium Nepotiani Tomo, I. Opp. Epist. III. p. 16. edit. Ff. 1684. f.

omnes ordines subinde ac memoriter salutauit (8) : certior etiam NONNI illius, quem aiunt sexies totum Demosthenem edidicisse (9). Maiorem quoque gratiam deboe B. Aurachero, quod admonuerit de Laurentio NORMANNO, Theologo quondam Vpfaliensi, & omnium Suecorum, quos aetas nostra vidit, Graece doctissimo (10), in quo vt egregia multa fuerunt, ita memoria plane excelluit. Nam non tantum Carolus Lundius ICtus Vpfaliensis hoc nomine eum laudauit (11); sed ipse quoque Auracherus, sibi ex fide dignis hoc singulare specimen innotuisse, refert, quod, cum Normannus b:bliogbecam, summa cum laude abs se administratam, alteri tradere, collato cum libris tradendis catalogo, ipse non solum singulorum (erant autem plena triginta voluminum millia) formam, annum locumque editionis memoriter indicare, sed & de librorum ac editionum, imo & autorum conditione ac fatis differere potuerit, ad stuporem usque praesentium omnium. Exstat etiam adhuc Vpfaliae testimonium, quo eum Stregnesia Vpfaliam abeuntem, cum vix decimum quartum aetatis annum attigisset, Gymnasio Rector ornatam, ita obsignarum: Talem nunc vobis Stregnesia mittit, qualem nec vidit, nec videbit unquam. Praetereo tenacem memoriam iuuenum inter Romanos clarissimorum, Fusi Salinatoris & NV-MIDII Quadrati, quam commendat Plinius iunior L. VI. Epist. XI.

Celebraui supra rarum illud Hieronymi Magii exemplum, qui libris omnibus destitutus, solo memoriae beneficio, in carcere Turcico, de Tintinnabulis & de Equuleo commentari potuit. Nunc habeo quem illi iungam, Mutium ODDVM Vrbinate Mathematicum, qui anno

(8) Ut tradit Suetonius in eius vita cap. X § 6.

(9) Teste Suida, in voc. Σελύγιος, qui addit, eum tamen ne quidem os aperire posuisse ad orationem concinne habendam. Ratio est: Οὐ γάρ ἐπι ταῦτα  
ἐσ πλῆνος ἀπογνωσθεῖσιν, καὶ γράφειν ἐσ καλός.

(10) Tantus Graecarum literarum in Normanno amor fuisse perhibetur, ut filii suis omnibus nomina Graeca, imo vni eorum plane Homeri nomen imposuerit, quod hunc Poetam praeceteris deperiret. vide die Historischen Remarques Anni 1703. p. 359. Vitam Normanni habet ibid. pag. 246 sq. & in Nouis Et-  
terar. maria Balti, A. 1705. p. 145. item in Erdmanni Uhsen Leben der Kirchen-  
Lehrer Seculi XVI & XVII. p. 841. Obiit enim anno 1703. d. 21 Maii,

(11) In Oratione funebri III, Id. Octob. A. 1703. Vpfaliae habita, & ibidem excusa  
in 4to.

anno 1631 decessit. Is enim, quem Francisco Mariae II. Vrbinatum  
Duci operam suam architectus addixisset, atque ex suspicione perfidiae  
in capitibz discrimen venisset, inter diurna vincula, nullo nisi memo-  
riæ subfido adiutus, aliquot libros mathematicos conscripsit. Testem  
afferam Ianum Nicium Erythraeum (12), vt fidei habeat lector, &  
simul noua scriptio[n]is instrumenta, quae necessitas peperit, admiretur.  
*Pisauri coniectus in arcem, singulis fere diebus expeditabat, dum securi feriretur:*  
*id enim sibi fatum eo anno instare coniecerat ex affectione cœli, qua primum spu-*  
*ritum duxerat; id ipsum astruente Magino; qui, ex vana atque inutili Mathe-*  
*maticorum disciplina simul adiecerat, si portuisset eius anni calamitatem effugere,*  
*nullum ipsi postbac a securi periculum fore, sed multos annos laeros felicesque por-*  
*tendi.* Eo igitur anno, unde tantus fuerit metus, elapo, capi ad se animum  
reuecare; atque in emporia bibula charta (non enim melior suppercet) carbone,  
in stylī formam aedificato, instituit librum de horologis conscribere, nullo librorum  
auxilio subleuatur; & quia erat periculum, ne literæ, male chartæ haerentes,  
exciderent, primum rationem inueniens, qua bibulae chartæ inter se plures cobae-  
rerent: tum in meis iuglandia putamen, tanquam in atramentarium, gossipii  
loco, lanam e culcita devara[m] intulit, & carbone aqua diluto imbuit, in quam  
calamum ex arundine factum intingeret; postremo circinum, ex duobus olinuae  
ramulis, lino compacto, extruxit; ac per hanc rationem eos omnes libros com-  
posuit, qui Mediolani ac Venetiis impressi feruntur: videlicet, de Norma, de  
Fabrica usque circini polymetri, de Horologis solariis. Quernadmodum  
igitur Magio haud dissimilis hic Oddus fuit, ita Neronem, quem paulo  
ante commemorauimus, eadem memoriae & praestantia & vsu aequa-  
uit M. Saluine OTHO Romanorum Imperator. Auctor enim est  
Tacitus (13), cum in itinere, in agmine, in stationibus, vetustissimum  
quemque militum nomine vocasse, atque hoc genere ambitionis, quod  
memoriae bonitate subinxum erat, studia hominum, ipsumque impe-  
rium sibi conciliasse.

In Ioanne PAPPO, Theologo quondam Argentorateni, non gene-  
A 3 ris

(12) Ex Pinacoth. I. pag. m. 175.

(13) Lib. I. Historiar. cap. XXIII. conf. Alex. ab Alexandro Lib. VI. Dier. Genial.  
cap. 18. & Sueton. in Othonem. cap. 4.

ris nobilitate magis (14) quam praecoci eruditione (15) & scriptis  
(16) celeberrimo, quanta fuerit memoria, & quam prudens etiam in  
ea adiuuanda consilium, non possum luculentioibus, quam optimi  
viri ac Polyhistoris Matthiae Berneggeri verbis demonstrare. Hoc  
loco, inquit ille (17) mihi temperare nequeo, quin de clarissimo quondam in hac  
Academia Theologo, Ioanne Pappo commemorem aliquid, quod vobis omnibus  
vel propter memoriam tanti viri credo non intucendum esse futurum. Is ut alius  
excellentibus animi dotibus diuinitus erat ornatus, quas nunc carendo demum  
agnoſcimus, quasque mirari facilius est, quam laudare: sic in primis adeo  
felici memoria praefabat, ut quanuis pagellam et longiusculam, ter vel a ſele-  
tam, vel ab alio praefebtam, poffit ad verbum recitare memoriter. Cum ex eo  
quaereretur, ecquo id artificio fuisset affectus: triplici, respondit: Grammati-  
co uno, altero dialeſtico, tertio rhetorico. In prima enim lectione ſic vim  
poteſt atque vocabulorum, & genunum auctoris ſenſum expendere: in altera  
curveſe obſeruare, ac logicam textus propositi diſpoſitionem iſtituere: in  
tertia denique quicquid artificii rhetorici eſt, cogitatione digerere: atque ita  
citra

- 
- (14) Vide Melchiorem Adami in *Vitis Theologor. Germanorum*, pag. 382. edit. in fol.  
Reinh. Henr. Rollum in *Biblioth. Nobilitum Theologor.* pag. 187 fqq.
- (15) Anno enim aetatis 13 Academiam adiit; anno 15 primum in Philosophia gradum  
ad eptus; anno 17 duobus Comitibus Falkensteinibus gubernator praefectus;  
anno 20 Ecclesiae Reichoulliane praepositus, & anno denique aetatis 21 in  
Academia Argentor. Doctor publicus constitutus eſt. Quibus de causis locum  
fane meruit inter eos, qui ab Adr. Billeto, Dau, Schuerto, lo. Christoph.  
Wolfio, ac G. Henr. Goetzio ob praecocem eruditionem in commentarios  
relati sunt, quorum nemo tamen Pappum attigit.
- (16) Horum catalogum plenum, quod conſet, nemo adhuc nobis dedit, nisi auctor  
praeſationis elegans ad Pappi nostri *Hypotyposin doctrinae Christianae*, edit.  
Aigent. 16 9. 8. quam praeſationem idcirco commendat Crenius loc. citand.  
Quanuis ceteroqui de vita & laudibus Pappi, praeter iam allegatos, confuli  
poſſint Paul. Frererus in *Thearre*, Andr. Carolus in *Memorab. Ecclef. Soc.* XVII,  
L. I. pag. 226. & qui prae ceteris in conquirendis Pappi elogis diligens fuit,  
Georg. Serpilius in den Chrys. Getähturſen unterschiedl. Theologorum die in  
Schwäben gehobhen / pag. 115 fqq.
- (17) In *Oratione de parandas doctrinæ modis illegitimis*, quae eſt ſecunda Decadis  
edit. Argentor. 1640. Eadem Berneggeri verba reddiderunt etiam Tentzelius  
in *Colloqu. menſtr.* 1689. pag. 271. Fechtius in *Histor. Colloquii Emmending.*  
cap. VIII. § 5 pag. 111. Crenius P. II. *Animaduersi*. pag. 183. Paſchius de *Inuenz.*  
*Nou-Antiq.* pag. 141. Rollius loc. cit. p. 189. Serpilius loc. cit. pag. 116.

*citra omnem difficultatem quiequid velit, in animum demittere.* Crediderim  
bac ipsa vsum arte magnum illum Iulium Caesarem Scaligerum, ut de se ipse  
instaurat, Ionicos versus centum & viginti vespertina meditatione conceptos, pefri-  
die ad verbum, sine illa hæcstatione, dicit. *Quanto vero solidior hæc*  
*ediscendi ratio, quam ea est, quae locis, characteribus, imaginibusque constat,*  
*quarum varietas naturalem memoriam adeo prægravat, ut præ memoriae*  
*tenacitate non raro maniam est phrenesin inducat* (18). Cum illustri hoc  
Theologo Germano vix quemquam aptius coniungere possum, quam  
illustrem aliquem Gallum, a quo itidem nec genus, nec præcox  
sapientia (19) nec memoria prorsus diuina abfuit. Is est Blasius  
PASCALIS, Mathematicus quidem consummatissimus (20), sed  
rerum etiam Theologicarum abunde peritus (21), cuius vitam scripsit  
soror eius, Perrerii vxor (22); nec dubito, quin eidem sorori debeantur  
quoque ea, quae in præfatione ad *Cogitata post huma Pascalis*, saepius  
edita,

- 
- (18) Isdem verbis de memoria imaginum sententiam dixit Agrippa de Vanitate, art. 53  
scient. cap. 10. Pappi vero artificium mnemonicum ex merito commendauit  
Tenzelius 1 c.
- (19) Vid. Io. Christoph. Wolfii, viri ad magna eritentis, ad maxima nati, *Primitias Flensburgenses*, pag. 24. 25.
- (20) Vix enim annos natus XVI. Tractatum conscripsit de *Sectionibus Conicis*, tanto  
demonstrationum pondere, ut post Archimedis tempora nihil solidius prodilisse,  
iudicatum sit. Praeterea inventus arithmeticis, & experimentis de aeris graui-  
tate, deque liquorum aequilibrio, mirum in modum iuuit scientiam naturalem  
& disciplinas mathematicas, stupente ipso Cartesio, & summis quibusque viris  
tantum ingenium admirantibus.
- (21) Id apparet ex præfaclissimo eius opere, quod contra Atheos molitus est;  
cuius indigestam materiam reliquit, morte præmatura anno aetatis 39 abruptus:  
schedae vero ab amicis collectae & editae sunt sub titulo *Pensees de Mr. Pascal*  
*sur la Religion, & sur quelques autres sujets.* Quanta vero in in posthu-  
mis his Cogitatis sublimitas, quantum ingenii acumen sit, ita dudum com-  
muni eruditorum consensu celebratur est, ut confirmari non sit opus. Ne  
quid dicam de *Litteris provincialibus* ab eo sub *Ludouici Montaldis* nomine  
editis; quo libro vix vilis vnguam Jesuitis corumque doctrinae morali functione  
prodit, vt non immerito in omnes fere linguis nobiliores translati, & am-  
plificatores pariter ac oppugnatores celebrimos naetus sit.
- (22) Hanc Perreriam (*Madame Perrier*) quantum scio, adhuc nemo ex iis com-  
memorauit, qui inter nostrates de seminarum scriptis egerunt. Saltem in Junckeri,  
Paschii, Eberti, Schulteti, Engelkenii schediasticibus altum est de ea silen-  
tium.

edita, de vita cius habentur. Ibi vero inter alia haec lego (23): Et comme il auoit une memoire excellente & qu<sup>e</sup> on peut dire même prodigieuse, en sorte qu<sup>e</sup> il a souvent assuré, qu<sup>e</sup> il n<sup>o</sup> auoit jamais rien oublie de ce qu<sup>e</sup> il auoit une fois bien imprimé dans son esprit ; lors qu<sup>e</sup> il s' étoit ainsi quelque tems appliqu<sup>e</sup> à un sujet, il ne craignoit pas, que les pensées, qui lui écoient venues, lui pussent jamais échapper ; Et c'est pourquoi il différoit assez souvent de les écrire, soit qu<sup>e</sup> il n<sup>o</sup> en eust pas de lo<sup>s</sup> fr<sup>s</sup>, soit que sa santé qui a presque toujours été languissante & imparsite, ne fût pas assez forte pour lui permettre de travailler avec application. C'est ce qui a été cause, que l<sup>e</sup> on a perdu à sa mort la plus grande partie de ce qu<sup>e</sup> il auoit déjà conçu, touchant son dessin. Car il n<sup>o</sup> a presque rien écrit des principales raisons, dont il voulloit se servir, des fondemens sur lesquels il pretendoit appuyer son ouvrage, & de l'ordre, qu<sup>e</sup> il voulloit y garder ; ce qui éroit assurement très considérable. Tout cela étoit tellement graué dans son esprit & dans sa memoire, qu<sup>e</sup> ayant négligé de l'écrire lorsqu'il l<sup>e</sup> auroit peut-être pu faire, il se trouva, lorsqu'il l<sup>e</sup> auroit bien voulu, hors d'état d'y pouvoir du tout traauiller. Addam domestico huic testimonio verba Ioannis Lockii, Angli nobilissimi (24) : De domino isto Paschale firuit, cuius sublimis & excellens ingenium prodigiū simile erat, ipsam nihil illorum omnium, quae p.r totius rationalis acui curriculum fecisset, legisset aut cogitasset, memoriam vñquam amississe, donec labefactata corporis valetudo memoriae eius labefactasset. Hoc rarissime adeo in hominibus cernitur, ut illis incredibile videatur, quibus moris est, alios ex ingenii sui modulo metiri. Certauit autem in hoc viro cum memoriae felicitate iudicium quoque acerrium, & ingenium fere portentosum, adeo ut Petrus Baylius, non vanus aliqui laudator, eum appellat ? un des plus sublimes esprits du monde (25), & post multa de eo praeclarare dicta, ita aliquando concludat (26) : Si cela

(23) Pag. \* 2 b edit. Amst. 1677. 12. Eadem partim excerptis & Latine etiam reddidit Ant. Borremansius in Var. Lect. cap. III. pag. 13.

(24) De Intellectu humano, Lib. II. cap. X § 9. pag. 164, edit Lips 1709. 8.

(25) Tom. III Dictionar. pag. 2304, vbi de Pascali nostro copiosissime. Texuit quoque vitam cius Mr. Perrault, dans les Hommes illustres, qui ont paru en France, pendant le XVII siecle, T. I. pag. 215 sqq. edit. in 8. Deprehendo autem, Carolum hunc Perraultum vineta Perreriae hic gnauiter cecidisse, quod appetat, si conferantur ea, quae Baylius l. e. Not. (B) ex Vita Pascalis de Madame Perrier atiu'it, cum iis quae Mr. Perrault pag. 219 iisdem verbis restringit. Quod, an ad plagi crimen sat's sit, arbitrium lectoris cognoscentis esto.

(26) Loc. cit. pag. 2307, Remarque (H).

cela & les autres choses, que j'air rapportées, sont veritables, il faute condonir nécessairement, que Mr. Pascal éroit un prodige, & si je m'osois servir de cette expression, je le nommerois un individu paradoxe de l'espèce humaine. Il merite, qu'on donte, s'il est né de femme; il le merite, dis je, mieux que ce grand Philosophe de Sicile, que Lucrece a regale de cette louange. Sed de Pascal satis. Assurgendum nunc est PAVLO IV Romanorum Pontifici, quamuis de praeclara illius memoria in promptu non sit testis, praeter Drexelium, quem alias non satis cautum in hoc laudis genere deprehendimus. Hic in Aurifodina l. c. Scholae, inquit, Salernitanæ librum in memoria habuit: Galenum Graece a capite ad calcem perlegit: sacra Biblia ad verbum edidicit. In extrema senectute (vixit autem annis octaginta tribus) integras e Tullio, Virgilio, aliisque auctòribus paginas inofferte recitauit. Memoria prorsus admiranda, cui parem non tulerint multa retro secula. Cum vero hic Pontifex, dum viueret, septuaginta Cardinales in satellitum suum adscuerit (27), indignum esset, eum in hac nostra Polymnemonum turba nullo comite stipatum incedere. Quare duos ipsi adiungimus satellites purpuratos, alterum Perrenotum, alterum Perronium. Antonius quidem PERRENOTVS, Cardinalis Granuellanus (28) tam promta fuit memoria, ut septem linguas calluerit, & quinque scribis, quos a secretis epistolis habuit, dictitando diuerso sermone simul negotium facessere potuerit (29). Longe autem magis admirandus Iacobus David PERRONIVS Cardinalis, Henrici III Galliae & Poloniae Regis

B

quon-

(27) Notante Dieterico in Breuiar. Pontif. pag. 388 § 4.

(28) Gente Italus, Philippo II Hispaniarum Regi a consiliis sanctioribus, & ab eo primarius Mechliniensium Praeful, ac deinceps Pro-Rex Neapolis constitutus. Obiit septuagenarius, anno 1586. Ei Iustus Lipsius iuuenis libros suos Variorum Lectionum inscripsit, & immodice encomis, non tanquam ad hominem, sed tanquam ad Deum coelo delapsum, praefatus est. Famianus vero Strada, prouinciam Neapolitanam quadriennio eum rexisse, scribit, magna quidem prudentiae laude, minore tamen pudicitiae curva, quam senem, sacraque ornatum purpura concedebat. Decad. I. de Bell. Belg. Lib. IV. pag. 107 edit. Rom. in fol. Nihil autem Strada de memoria Perrenoti; quem non vissum, ut solet, allegauit Misander in Delic. Histor. pag. 212. Quemadmodum Granuellum pro Granuellano incautus ex Pezoldo exscripsit Paulini, in Philosoph. Geyerab. pag. 669.

(29) Bullart Acad. des Sciences T. I. Lib. I. pag. 77. Pezoldus pag. 25. num. 25. Zeiller. rus Centure VI. Epist. 56. p. m. 888.

quondam Praeceptor. Incredibile dictu est, potuisse hominem orationem integrum, quae vnam cum dimidia horam occupauerat, semel auditam, post tridui spatium, ne verbo quidem elabente, recitare (30). Non graue erit lectori, si rei tam insolenti fidem faciam verbis paullo quidem prolixioribus, & pro hodierno linguae Gallicac nitore obsoletis, Francisci a Cruce-Cœnomana, Βιβλιογραφίας rarissimi : nam hic testis oculatus miraculo adfuit, & liber eius in his nostris terris paucorum manibus teritur (31) : Voicy donc ce qu'il y a de tant remarquable, touchant sa divine memoire (ce qui ne deura estre odieux à pas vn, si ic suis vn peu long à le discourir) car ie pourroy dire autres chose, qui ne seroyent pas de telle consequence, & pour personnes de moindre valeur. L'an passé 1583 Mathieu Boffulus Parisen (l'un des premiers philosophes, & des plus eloquens Orateurs de nostre siecle) prononça vne for docte harangue, au college de Boncourt à Paris, en la louange de l'art oratoire & des Orateurs, laquelle dura environ d'une heure & demie, à la prononciation de la quelle estoit present le dit Sieur du Perron, avec autres, des premiers hommes de ce siecle (les quels ie nommeray par honneur) se auoir est, Messieurs Cuias, Scaliger, Baif, des Portes, & autres en nombre infini, & il aduint, qu'à trois iours apres, le Sieur du Perron me rencontra dans la grande salle du Palais de Paris, auquel ie fis recit du plaisir que l'auois receu ayant ouy haranguer un si gentil personnage que le dit Boffulus, il me respondit alors, que si ie voullois repeter de mot à mot toute la dite harangue, qu'il me la reciteroit promptement, & jans y faillir dvn seul point, ce que l' ayant prié de ce faire, il commença à reciter cette docte Oraison, par les mesmes vers, desquels auoit vsé le dit Boffulus, & la continua si auant, que voyant assez de preuve de sa memoire, ie le priay de cesser : car cela eust duré plus d'une heure, mais seulement ie me contentay de l' auoir ouy discouvrir par l' espace d'une demie heure ou environ. Et de peur que l'on ne pense que ie n'eusse pas, si il repettoit la meisme chose qui auoit esté dire : l' aduertis ceux qui liront cecy, que ie me souuenois bien, si ce qu'il disoit estoit ainsi : car ie fuz présent à la dite oraison prononcée par Boffulus, & m' en souue-

(30) Plane ac illi apud Senecam, qui recitatum a Poeti carmen nouum suum esse dixit, & proximus memoria recitauit, cum hoc ille, cuius carmen erat, facere non posset. Senec. L. I. Controu. in Proem. Ex huius exempli similitudine natus forte eorum error, qui a Perronio quoque carmen aliquius Poeta recitatum narrant, quod faciunt recentiores plerique, contra fidem testis AUTONIS, quem statim allegabimus. Accuratio iis Baylius T. I. Dictionar. pag. 662. Remarq. (A).

(31) La Bibliothèque du Sieur de la Croix-du Maine, à Paris 1584 fol. pag. 183. 184.

souuenois aussi bien, que s'ic b' eusse leue eſcritte dans un liure : mais ce qui eſt plus à admirer, c' eſt que ie le prioy de me repeter les periodes entrelacees sans la continuer, ce qu' il fit encores : & sur ce qui eſt le plus difficile en cecy, c' estoit de nommer toutes les sortes d' armes, & tous les noms vſitez en guerre, desquels vſa le dit Boffulus, parlant d' un certain Orateur, qui ſemble eſtre descendu du ciel, pour empêcher que les deux armes du Roix Francois premier & l' Empereur Charles le quint, ne fe combattissent ; il vſa pour lors d' vne infinité de mots vſitez entre les guerriers, & n'en laisſa pas un ſeul, ny mesmeſ les vers ou carmes de pluſieurs autheurs, contenus en la harangue du dit Boffulus. Que ſi quelques-vns auoyent opinion qu' il eut apris la dite harangue, ſoit devant ou apres qu' elle fut prononcée, cela ne ſe peule faire, car le ſeigneur Boffulus ne l' eut ſeu luymême repeter de mot à mot, comme il l' auoit recite, d' autant qu' il l' auoit prononcée tout autrement en chaire, qu' il ne l' auoit premeditée en ſon cerceau, tant à caufe des celebres personnes, qui fe trouerent audit Boncour pour l' ouir (desquels il n' eſtoit pas adverſary) que aussi pour avoir de couſtume de ne rien eſcrire au long, de ce qu' il auoit à dire en public (tant il eſt eloquent) mais bien ſeullement ayant mis par articles les pointes qu' il veult trailler. Ce que ie dy pour preuenir aucunſ, qui pourroient tourner cecy autrement que ſelon la vérité du fait. Monsieur de la Ruelle Pepin, gentilhomme de Bretagne, pourroit tſmoigner cecy avecques moy, en la preſence duquel il fit la preuve de cette belle & heureufe memoire, laquelle ie prie à Dieu luy vouloir conſeruer. Cecy n' eſt moins digne de merueille, que ce que nous liſons es diuerses leçons de Muret, tonchant un Sicilien. Hactenus Crucimanus. Addo testimonium scriptoris non magis vulgati, Henrici Albi, in Elogiis Cardinalium illuftrium (32), qui tradit, Perronium, cum ad legendos Poetas animum appulisset, ex Graecis pariter ac Latinis plerumque centum versus quavis hora edidicisse. Qui plura de Perronio, cuius vita & laudes non tatu dignae ſunt, cognoscere cupit, legat scriptores allegatos (33). Ego iam pergo, & Poloniam ſolicito, quae adhuc ſuit ἀσύμβολος. Dat autem ea Gaffarem PETROWSKI, Nobilem Podlacum, Theologum & linguarum pari-

A (32) Eloges historiques des Cardinaux illuſtres &c. par le P. Henry Albi, à Paris 1644. 4. pag. 465.

- (33) Grammondum Lib. III, Hist. Gall. pag. 201 ſq. edit. Elzevir, in 8. Sauffay ad Bel. Iarm, de Ser. Eccl. p. 72 ſq. Blount in Censura celebr. aut. p. m. 624. Perrault dans les Hommes illuſtres de France T. II, pag. 8 ſqq. Clarmundum P. V. Vitiarum et q. III. p. 82. Rollum de Nobilit. Theol. p. 421 ſqq. Wijff in Vitie Ser. Eccl. Sac. XVII. p. 855 ſq.

ter ac disciplinae mathematicae clarum apud suos interpretem. Hunc Ordinis sui socium laudat Philippus Alegambe (34), quod eruditioni multiplici ac variae parem habuerit memoriam, ob quam vulgo Calepinus (35) vocatus sit. Succedat huic Italorum triga. Marius PHILELPHVS, Francisci fil. Anconitanus, Poeta promissimus, tantum valuit memoria, ut vestigio stans in uno, centum ordine dictabantibus, confessim cuique eo, quo acceperat, ordine, complexam carmine redderet materiam (36). Seraphinum PICCINARDVM, Theologum Patauinum his verbis a memoria commendat Carolus Patinus (37): *Is in eo est admirandus memoria animi sensus, ut falsa plerosque opinio inuaserit, Piccinardum arcans medicaminibus illum sibi comparasse. Ejus siquidem ranta est memoriae praestantia, ut res quasi bet sibi semel cognitas, tanquam in cella penuria distinctissime afferuerit, pro tubitu exponendas.* Quid autem dicam de Ioanne PICO, Comite Mirandulano, doctorum nobilissimo, & nobilium doctissimo, quem omnes Phænem sui temporis vocarunt, & Scaliger, ob stupendam eruditionem, monstrem sine vita nuncupauit? Infinita sunt a viris doctis in hoc ingenii ac memoriae prodigium effusa elogia (38), quae si repeteret aggrediter, vereor, ne eorum affluentia chartam plane occuparet. Itaque contentus erit lector solo Io. Francisci Pici testimonio, qui in Vita huius Ioannis patrui sui (39) *In discendo, inquit, celerius erat, promptio adeo ingenio praeditus, ut auditu semel a recitante carmina, & directo, & retrogrado ordine, mira omnium admiratione recenseret, tenacissimaque*

(34) In *Biblioth. Scriptor. Societ. Iesu*, p. 150. & ex hac Rollius in *Biblioth. nobilium Theolog.* p. 417.

(35) Calepinus ob memoriam cur dictus sit, causa, ni fallor, haec est, quod memoria Petrowskii, instar Lexici cuiusdam Calepiniani πολυγλώτως, suggestior quidquid requireretur. Nam aliam ἀντονομασίαν ignoro, cum non recordar, me vsquam, de singulari memoria Ambrosii Calepini, praeclari quid legisse.

(36) Auctor Anonymus *Dialogi de L. L. reparat.* p. 401. citatus Koenigio in *Biblioth.* Addo Bailler T. IV. *Ingenem* P. III. p. 68.

(37) In *Lyceo Patauino*. P. I. pag. 128 priori, nam aliquot paginarum numeri Typographi vitio sunt repetiti.

(38) Aliqua vide ap. Th. Pope Blount in *Censura celebr. Aut.* p. 350. sq. ed. in fol.

(39) Praefixa operibus eius, edit. Basili. 1601 fol. Hinc Borremansius V. L. Cap. III. p. 12, Morhof, T. I. *Polyh.* L. II. cap. VI.

maque retineret memoria, quod ceteris contra euenire solet: nam qui celeri sunt ingenio, natura fieri saepe solet, ut non multum memoria valeant, qui vero cum labore percipiunt, tenaciores perceptorum euadant. Bilbaldo PIRCKEY-MERO, quondam apud Norimbergenses Senatori & Patricii ordinis viro, hoc laudis datur a Conrado Rittershusio (40), quod non solum robusta ac virili voce, & bene firmis lateribus, sed etiam bona fidei memoria, ac pene stupenda praeditus fuerit, qua hoc affecutus sit, ut nūquā hallucinaretur aut deficeret, quamvis saepe numero sexaginta aut pluribus etiam aduersariorum querelis e veltigio respondendum haberet; nec pauciora interim ipse aliis capita obiiceret, quae a Republica sua in mandatis accepisset. Huic adiungo tenacis memoriae virum Conradum Wolfgangum PLATZIVM, Doctorem & sacrorum ministrum apud Biberacenses anno 1595 defunctum, qui omnium loci sui ciuium, imo & puerorum nomina in numerato habuit (41). Vel, si putas conuenientius, ut Pirckeymero ICto eiusdem ordinis homo adstet, appone ad eius latus Ludouicum Romanum PONTANVM ICturn Spalatensem, qui Concilio Basileensi anno 1431 interfuit. Sane vix quisquam ob memoriae praestantiam honorificentius laudari potest, quam hunc laudat Aeneas Sylvius (42), adeo ut grauiorem eius viri, quam Regis cuiuscunque iacturam censuerit. Verba afferre non piget: Ludouicus Romanus Protonotarius, rotius humani iuris gnarus, assurexit, cuius tanta memoria fuit, ut nulli veterum cedere putaretur, sine Simonidem, sine Theodoreten, sine illam, qui a Pyrrho missus ad Senatum venit, Cyneam, sine Carneadem Scriprium, Metrodorum, Hortensium, sine qui horum ultimus fuit, Lucium Senecam, de diuinitate memoriae commendemus. Erat enim memor omnium, quae ipse vñquam aut legisset, aut audisset, nec obliuus erat eorum aliquid, quae ipse vidisset. Nec vt ceteri Iurisconsulti principia legum in disputando allegabat, sed quasi Codicem legeret, sic textum memoriter referebat. Vir, non Roma tantum, sed caelo dignus; Et cui nemo mortalium comparandus videatur; non admirationi, sed stupori futurus omnibus populis, si (ut aequum vide-

(40) In Vita Pirckeymeri, operibus eius a Goldasto editis praemissa, pag. 18. Inde Auracherus pag. 57. cui haec debēmus.

(41) Ex Crisi Annibale Suenicis refert Zeillerus Centur. III. Epist. 74. p. m. 809.

(42) De Concilio Basil. Lib. I pag. 37. edit. Marpurg. 1667. 4. Ex eo Vossius de Natura Rhetorice. cap. 20. Ionstonus de Naturae constantia Propos. V. Artic. III. Memb. I. pag. 58.

videbatur) aetatis temporum duplicasset. Sed innidit fortuna Italiae, nec tantum scientiarum lumen crescere passa est. Immisit pestiferum monbum, virumque vix trigeminum egressum aetatis annum, abfuit; nec plus horis sex & triginta fuisse aegrotare, visusque non transiit ille hominis, sed fureum. Quis enim virum adeo iuuenem, adeo robustum, tam breui morula expirare putasset? Sed fuisse mors damnosior morte cuiusvis Regis; quippe quod Regi haeres succedit in regno; viro autem adeo docto nullus supereft in litteris haeres.

Dandus vero etiam locus est sexui sequiori, ex quo hactenus nullum exemplum adsciuimus. Ne igitur hac etiam in parte feminae viris concedere videantur, prodeat in medium nobile par Italarum. Altera quidem est *Helena Lucretia Cornara PISCOPIA*, Patricia Veneta, femina per vniuersum orbem eruditum merito suo celebratissima (43), & a B. Aurachero rare etiam memoriae exemplis ascripta: quamuis desiderem luculentius aliquod specimen, cum non eadem laus sit eruditionis ac memoriae, nec πολυμαχετα τος quisque ad πολυμηνος statim possit referri. Altera vero *Modesta POZZO*, itidem Veneta, cuius fictum nomen *Moderata Fonte* variis scriptis praefixum inclaruit, tam memori fuit animo, vt quamcunque audisset orationem, tordem verbis exteriō redderet. Haec refert Hilarion a Costa in *Elogiis feminarum illustrium*, ex quo scriptore hausit Baylius (44), addiditque hoc monumentum sepulcro inscriptum, vnde de marito & aetate con-  
„stabit: „Modestae a Puteo, feminae doctissimae, quae varios virtutis  
„partus Moderatae Fontis nomine rhythmis Etruscis (quibus memoran-  
„da cecinit) & sermone continuo feliciter enixa, naturae partum dum  
„edaret, puellae vitam, sibi vero mortem (proh dolor) ascivit. Philippus  
„de Geogis Petri in officio super aquis, pro sereniss. Do. publici iura  
„defendens, amantisimae coniugi P. Obiit anno Domini 1592. Kal.  
„Nouemb. Post varia haec ex nouissimis saeculis exempla redeundum  
nunc etiam est ad antiquiora tempora, vt veterum nemo se nobis sub-  
ducatur. Sed interpellat nos Tobias Wagnerus, & locum antea dari  
postulat

(43) Haec Piscopia est, quae solemni ritu Patauii A. 1673 Doctrin Philosophiae fuit renunciata. Opera eius Parmae edita sunt 1688. 8. vid. Act. Erud. Lips. 1689. pag. 1 sqq. & Chr. Junckerum in *Centuria feminarum eruditione* & scriptis illustrum pag. 113 sqq.

(44) Tomo II, Dictionar. pag. 1256.

postulat *Ioanni Ulrico PREGITZERO*, Theol. Doctori & Academiae Tbingensis olim Cancellario, quem pro funere dixit *Timorbeum* suisse, concionibus elaborandis ea diligentia, & habendi memoria adhibita, ut in Scripturis frequenter allegatis ne vocula, quae ad formalia pertinet, desideraretur, ac Petrum Bibliorum *Comeforem* suisse quis diceret (45).

Ex antiquis igitur clara est memoria PROAERESH, natione Armeni, Rhetoris in schola Atheniensium celeberrimi. Hic cum aliquando Athenis coram Proconsule in theatro aduersarios suos, existimationis contra eorum inuidiam tuendae causa, provocasset, & aliquot scribas vtrimeque assidere iussisset, praestitutum ab aduersariis argumentum, licet salebrosum atque ab omni ornatu oratorio alienum, extemporali facundia & copioso dicendi flumine ita perorauit, vt stupferent omnes, & scribae fatigarentur. Tum vero, conuerso ad scribas vultu, obseruate, inquit, diligenter, meminerimne omnium, quae haec tenus dixi, & si vel verbo vlo titubem aut peccem. Deinde eandem denuо orationem ordine recitauit. Vnde omnes, qui aderant, circumlambendo Sophistae pectus, velut simulacrum aliquius Dei, alii manus, alii pedes eius osculati sunt; nonnulli Mercurii eloquentiae praeisdis imaginem nuncuparunt (46). Opportune hic mihi in mentem venit PROCLVS *Naukratita*, patria Aegyptius, quem cum Proaeresio per quam conuenienter coniungam. Nam & ille Athenis artem eloquentiae docuit, & quemadmodum Proaeresius Eunapium auditorem suum, ita Proclus Philostratum discipulum vitae suaе scriptorem nactus est. Hic vero (47) de praeceptore suo testatur, eum memoriae vi, nonagenarium iam senem, magis etiam quam Simonideum (48) valuisse. Cum hoc Proclo Naukratita non confundendus quidem, sed tamen quod ad memoriae laudem, omnino comparandus est PROCLVS ille Philosophus, nobilissimus Platonis interpret, cuius vitam a Marino Neapolitano itidem discipulo scriptam habemus. Hic enim cum Alexandriae audiuerit Olympiodorum, virum maxima quidem

(45) Apud Witten. in *Memor. Theol.* Decad. IX, p. 180.

(46) Eunapius in *Vitis Philosophorum*, ex interpr. Hadri. Junii, p. m, 140 sq.

(47) Philostratus junior in *Vitis Sophistarum* Lib. II, cap. XXI, § 3, p. 604, edit. Olear. in fol.

(48) De hoc adagio infra, vbi de Simonide.

quidem dicendi facultate praeditum, sed cuius oratio non tam fluebat, quam potius torrentis instar ferebatur, ut propter celeritatem & rerum grauitatem paucissimi auditorum eum asséquerentur; ipse Proclus dimissa concione exiens, solitus est omnia, quae dixisset Olympiodorus, licet longe plurima esissent, sodalibus suis totidem verbis e memoria reddere. Quin etiam Aristotelis scripta Philosophica, quae alii aggreditentibus vel ad nudam & exiguum lectionem difficultas sunt, facilissimo negotio edidicit (49). His veterum exemplis addo etiam PYTHAGORAM, quem praetermittere non sinunt ii, qui affatim memoriae eius mentionem fecerunt, quamvis ad nugas pleraque recidunt. Nam qui putant, Pythagoram nihil scripsisse (50), & causam intermissionis scriptoris in memoriae fiducia quaerunt, eos iam olim nugari dixit, & Heraclidis Pontici testimoniò dudum coniunctit Diogenes Laertius (51). Quae vero ipse Pythagoras de diuturna sua rerum praeteritarum memoria, ex animae suae variis migrationibus orta, iactasse perhibetur, ea tanto Philosopho vix digna sunt. Primum enim se Aethalidem (52) fuisse memorauit, atque habuisse ex munere Mercurii, ut tum viuens tum defunctus omnium, quae contingenter, memoriā

(49) Vid. Marinus in *Vita Procli* cap. IX, p. 20 sq. editionis Hamb. 1700. 4. quam habemus a Io. Alb. Fabricio, magno illo elegantiorum literarum lumine, cui nos maiores gratias ac laudes, quam vel Ptoeroecio Eunapius, vel Proclo Marinus, debere, ad cineres profitebimus. If. Cesaubonus ad Script. Hist. Aug. T. I. p. 188 putat, hoc Procli exemplum superare omnia, quae ipse legerit aut viderit prodigiosae memoriae exempla. Animaduerto autem, Clariss. virum plane creditisse, Proclum unica leui lectione omnia Aristotelis scripta deglutuisse: nam ita refert verba Marini: καὶ ἀυτὰ δὲ τὰ Αριστοτέλες συγγράμματα πάσαι εἰσεμάρτυρεν (καὶ τοι χαλεπά δύτα τοῖς ἐντυγχάνοσι) καὶ πρὸς μόνον φίλων κατάγγειν. Unde patet, postrema verba a Cesaubono coniuncta fuisse cum εἰσεμάρτυρεν, adeoque ad Proclum relata. At editio Celeb. Fabricii non tantum ad vocem συγγράμματα addit λογικά, sed etiam nullam agnoscit parenthesin: quibus vestigiis nos quoque insisterem maluimus, quam rei portentum incredibilem in modum augere.

(50) In his videtur esse Io. Fungerus, vide librum eius de *Puerorum disciplina & recta educatione*, cap. XIII. ap. Crenium T. III. Methodor. p. 303.

(51) In *Vita Pythagorae* L. VIII. Segm. 6. pag. 491 sq. edit. Mcibom.

(52) De quo nos supra suo loco.

moriām retineret; deinde Euphorbūm quem Menelaus intereremit; tum Hermotimum; quarto Pyrrhum Delium pīscatōrem, ac quinto tandem Pythagoram (53). Merito explodit haec deliria Laſtanius (54): *Nīſ ſorē, inquit, credemus in eō illi ſent, qui ſe in priori vita Euphorbūm fuſſe mentitus eſt. Hic, credo, quod erat ignobilis genere natus, familiaris ſibi ex Homerī carminib⁹ adoptauit. O minima & singularē Pythagorae memoriam!*

Redeo ad propiora tempora, atque ex ſaeculo XVI depromo Ioannem RAINOLDVM, ſive Reginaldum, patria Deuonienſem, Theologum Oxoniensem, immensis ſuorum laudibus cumulatiſſimum (55). Erat autem vir iſe, vt ait Antonius Wood (56), memoria uſque ad ſtuporem felici, in omni librorum genere, praecipue vero S. Auguſtini ſcriptis verſatilissimus; adeo, ut ipſe ſolus vel altera Bodleiana, vel tertia Academia non immerito dictuſit. Accepi, Doctorem Albericum Gentilem in hac Academia Iuris ciuilis tum Reg. Profefſorem, cum forte queſtiones quaedam in ea Facultate, inter iſum & Rainoldum, ultro cetero que conuocarent diſcutiendae, faceri non erubuiſſe, hunc virum leges illas vel ſe ipſo (quantus ille autem) perſpetuiores habuiſſe. Hincel quod idem Reginaldus a Thoma Gatakerō, vt olim Longinus ab Eunapio, vocetur ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΕΜΦΥΧΟΣ ΗΓΩ ΜΑΣΕΩΣ ΤΡΙΠΑΤΑΣ (57). Ut taceam ea, quae de memoria & vita ſcriptisque tanti viri omnium pleniffime conſignauit nuperus ſcriptor Anglus Ioannes Princeps in opere luculentō de illuſtribus viris prouinciae Deuonienſis

## C

## uonienſis

(53) Prolixus ex Heraclide hanc μετεμβύχωσιν, & ortam inde Pythagorac memoriam deducit Laertius loc. cit. quem magis illustrant & amplificant doctissimi interpretes Aldobrandinus & Menagiū. Vide etiam Oliuerium ad Valer. Max. Lib. VIII. cap. 7. pag. 682 ſq. edit. c. nor. var.

(54) Lib. III. de Falsa Sapient. cap. XVIII. p. 196. edit. Thysianae. Addc Tertulliani locum apud Menagiū l. c.

(55) H. Hollandius in Heretologia Anglica pag. 229 Rainoldum vocat Academiae lu-men, Eboracae decus, diuinæ gloriæ buccinatorem, ſanctitatis eximium exemplar, & diligentissimum in Pontificio ſcriptorem, cuius volumina quorunque in lucem prodierunt, extant omnino inconfutabilia.

(56) In Historia & Antiquitatibus Uniuersit. Oxon, Lib. II. pag. 237. Cousimilia ſere ſcriperat Io. Ionitonus in Diatrib. de Natura Conſtantia Prop. V. Artic. III. Memb. I. pag. 58. atque ex eo Mart. Kempius in Eſthoth. Anglor. Theol. pag. 281.

(57) Adversari. Mifcell. poſthum. Cap. VIII. p. 582 edit. Traiect. 1698 fol.

uoniensis (58). Post Rainoldum eat Cardinalū de RETZ, quem memoria pro tabulis vsum fuisse recte dixeris. Il auoit composé en Latin l<sup>e</sup> b<sup>i</sup>s<sup>o</sup>ire de sa vie, les Secrets du Cabinet, & les événemens les plus curieux des derniers troubles, sans les mettre par écrit ; les récitant par cœur à ses amis qui l<sup>e</sup> en priojent (59). Quod si vero a naturae peritis inter signa bonae memoriae recte censemur capitatis magnitudo, non mirum est, memoria plan e excelluisse Nicolaum RICCARDIVM, natione Italum, patria Ianuensem, cui caput enormiter magnum, & tanta corporis pinguedo fuisse prohibetur, ut baculo sustentanda esset, ne ad terram suo pondere rueret. Sane certauit in hoc homine solidum ac tenax cerebrum cum ipsa capacissimi crani duricie, qua potuit nubes, & quod est in malo Persico duri, uno i<sup>c</sup>tu comminuere. Inerat in eo magnum ingenium, eloquentiae summa vis, memoria, quae res, ab eo perceptas, ita fideli custodia sepiet, ut nunquam eas elabi pateretur. Cuius memoriae fiducia, de quacunque re proposita diserte copiose dicebat ex tempore, & in familiaribus colloquiis, ac praesertim in concionibus, quas ad populum habebat, ea rerum ac sententiarum copia redundabat, ut Philippus III, Rex Hispaniarum, qui eius cancionibus interfuerat, ob excellentis abundantiam doctrinac, non hominem, sed monstrum poius homini eum esse, palam multis audi entibus, dixerit ; quod illi cognomen ita adductum, ut nunquam excidit ; neque vulgo alio nisi monstri nomine appellabatur. Haec de capitone isto Erythraeus (60). Coecorum, qui firma fuerunt memoria, non rara sunt exempla, natura plerumque externum defectum internis animi dotibus compensante. Nos supra iam attulimus duos, quibus nunc tertium addimus Henricum RISIVM

(58) Titulus operis, non satis apud nos vulgaris, est : *Daunonis orientales illustres; or The Worthies of Denon &c. by John Prince, Vicar of Berry-Pomeroy edit.* Lond, 1701 fol. vbi pag. 525 de Rainoldo inter alia : *The Memory an Reading of this Man were near to a Miracle : He himself being the truest Table to the multitude of voluminous Books he had read over, whereby he could readily turn to all material passages in every volume, Leaf, Page, Paragraph, not so descend lower, to Lines and Letters ; and thus not only for St. Augustine's Works, but for all Classical Authors.*

(59) Mr. de Vigneul-Mariuille T. III, des *Mélanges d'hist. & de littérature*, pag. 81.  
(60) Pinacorb. I. pag. 43 sq. Aetatem huius Riccardii colligo ex libris, qui penes me sunt, Romae circa annum 1638 impressis, quibus ille, tanquam Magister Sacri Palatii, nomine suo praescripto, editionis publicae licentiam concessit.

RISIVM Graecarum literarum olim in Academia Altdorffina Professorem. Is cum esset oculis captus, nihilo seius Homerum priuatum interpretatus est, & omnia Poetae vastissimi ad vnguem recitauit (61); ut nihil dicam de ROMIGLACIO homine Gallo, itidem cœco, cuius promtam memoriam, cum concionandi peritia & reliquis virtutibus, ex Goulartio Martinus Zeillerus collaudat (62). Redeo autem ad Erythraeum, atque ab eo manuor memorabile exemplum *Iulii Antonii RODVLPHII*, de quo ille in vita Ioannis Baptiste Raimundi (63) præclara haec consignauit: *Nulla est in arte, earum quibus liberales doctrinæ continentur, quod ipse nesciat; nullus est omnis vel poeta Graecus, Latinus, Italus, quem non penitus ille cognoverit; nullus est de Theologia vel Philosophia liber, quem non attente diligenterque percurrenerit, de quo scienter prudenterque non iudicauerit; nullum sapiens cuiusquam dictum vel factum audiuuit aut legit, quod memoria septem custoditumque non teneat; unde eorum unumquodque, cum opus est, tanquam ex penu, depromit; nulla quaestio, nulla dubitatio, in immensis illis D. Iohomae Aquinatis voluminibus continetur, de qua, ex tempore, & ad cuiusvis arbitrio, non posse longas disputationes intexere.* Denique non est, cur hic praetermittam Theologum nostrum meritisimum & quondam Wittenbergae suae decus *Paulum ROEBERVUM*; quippe eum ab incredibili memoriae vi laudauit Buchnerus in scripto, quo funus optimi Doctoris indixit (64): *quamquam simul indoleat, summum virum, post contractum aliquod ἀπολεπτικὸν πάθος, non oculos tantum ac ingenium, sed maxime memoriam afflictam habuisse.*

Pergentibus nobis obuium se præbet *SALLVSTIVS Philosophus Cynicus*, idemque Rhetor ad veterum exemplar difertissimus, in quo necesse est haud exiguum fuisse memoris animi facultatem, quod orationes a Demosthene ad populum habitas omnes ediscere potuerit.

C 2

rit

(61) Ita se ab eximio quodam Theologo, qui scholis Risii interfuerat, accepisse, scribit Christoph. Ad Rupertus in *Dissert. ad Valerium Max.* p. 486.

(62) *Centur. Miscell. posthum Epist. XLIX*, p. 429.

(63) *Pinacoth. II.* pag. 29.

(64) A quo accepta refert Th. Crenius P. VI, *Animadvers. Philol.* & *Hist.* pag. 199.

rit (65). Sed in eo, lector beneuole, non diu te defixum tenebo. Heus enim, aduerte oculos, Princeps eruditorum prodit, magnus ille *Claudius SALMASIVS*, praeter quem & Grotium atque Bignonium, Richelius Cardinalis neminem in vniuerso mundo doctissimum agnouit. De huius viri memoria plusquam humana siue ipsum testem velis, siue quoscunque alios, larga datur optio. Ipse quidem velut specimen diuinae sua memoriae ostentat *Judicium illud de Plinio*, Prolegomenis suis ad *Exercitationes de Homonymis Hyles Laticrae subnexum*, in quo cum more suo flumen aliquod animaduersiorum & correctiorum multa eruditione turgidarum effudisset, tandem ea tantum, inquit, excusimus, quae memoria fortuito suggerit, binc inde arrepta (66). Aliorum

- (65) Ex Damasci *Vita Isidori Philosophi* Photius in *Bibliotheca Cod. CCXLII.* pag. 1068, edit. Rostomag. 1653. Suidas iisdem fere verbis, & fortassis ex eodem fonte in *Lexico*, voc. Σαλλούσιος. Caeu autem, ne ibi de Sallustio Mopfate Medico haec dicta esse putet, cum editio Porti T. II. pag. 705 duos illos Sallustios non satis distingat. De aetate nostri Cynici grauiter halucinantur, qui Suidae σύγχρονοι constituant, ut video, post alios facere Laurentium Beyerlinck in *Theat. V. H. Lit. M.* p. 401. E. Nam in confessu hodi apud omnes est, Suidam vel plane sub exitum saeculi XI, ut voluit Vossius, & nuperus Suidae editor Kusterus; vel circa annum 976, ut Koenigius & Caeuus arbitrantur; vel saltrem sub initium saeculi X, ut Grotius censuit, vixisse. Damascius vero, ex quo de Sallustio retulit Photius, vixit saeculo VI, imperante Iustiniano, ut est apud ipsum Suidam in voc. Δαμάσκοις. Unde, an Sallustius Suidae aequalis fuerit, facile conciscitur. Ut taceam duo testimonia, alterum Simplicii, alterum ipsius Suidae, quibus Thomas Galeus praefat, ad *Mythologos* suos ostendere conatus est, Sallustium Simplicii & Procli σύγχρονo fuisse, qui ambo Suida multo sunt superiores. Vbitamen displicet, quod vir clarissimus innuere videtur, Procli & Simplicii tempora conguere. Etenim Simplicium a qualibet fuisse Damasci, cuius aetatem ex Suida iam definitius, certum plane est, ex iis, quae attulit Io. Jonsius de *Script. Hist. Philos.* Lib. III. cap. XIX p. 306; Proclum vero natum esse anno Chr. 412, firmissimi argumentis ostendit Celeb. Fabricius in *Prolegom. ad Marinum*. Quid quod Photius loc. cit. Cod. CLXXXI. pag. 412 inter praecoptores Damasci numeret non tantum Marinum Procli discipulum, sed etiam Zenodotum, qui post Marinum denum Proculo successit. Ut adeo inter Simplicium Damasci sodalem & Proclum, filamentum unius propemodum aeuī; inter Suidam vero & Sallustium circiter quinque saeculorum interullum esse cognoscatur.

- (66) Vid. edit. Traiect. 1689. fol. pag. 26 fin.

rum vero de memoria Salmasii testimonia tam cumulata sunt, ut arbitreri, me gratiam lectori facturum, si omnibus afferendis supersedeam. Vnum duntaxat, quod multorum instar esse potest, adducam. Antonii Clementii, qui in *Laudibus & Vita Salmasii* (67) haec tradit ferme incredibilia: *In laboribus fuit indefessus: studio & ardore in peruestigandis scientiis, disciplinis omnibus excutientibus pertinacissimo.* Memoria vero prosus stupenda. Adeo, ut pares illi hac in parte vel uniuerso orbe paucissimi, superioris nulli. Nulla pene nomina erant propria, virorum, regionum, urbium, montium, &c. quae, si semel legisset, non posse continuo reuocare in mentem. Narrauit mibi V. CL. & eximium Academiae nostrae lumen ac columnen, I. Golius, qui uebaturo perfamiliariter, incidente occasione aliquot sibi recitasse memoriter periodos ex Pentateuebo Persico, quem decennio ante nec nisi semel legisset. Aduersaria, aut dispositos L. C. ordines, quod fidem forfasse non inuenieret, nullos habuit. Solis enim excerptis, quae in Bibliorhcis olim puer collegiat, uebatur; & iu quidem valde inordinatis, sed quae memoria, cum occasio ferret, facile suggesteret. Saepe in scriptis suis huius felicitatis argumenta & signa exhibuit expressissima, cum Auditorum locos sere citaret memoriter. Testis quoque eorum, quae dico, Epistola ad Puteanum, huius volum, VIII. Omnia eum in numerato habuisse, quae unquam legisset, & expedita polluisse facundia, qua eloqueretur, testis in quadam Epistola ad I. Vossium Illustris Sarrauius. Librum de Mutuo aduersus Cyprianum scripsit plane sine libris, cum podagrni impeditur in museum ascendere. Tota etiam Dissertatio de Episcopis & Presbyteris extemporanea est. Et nusquam fortius aifurat. Indicio vero fuit acerrimo, & illo opus fuit in rite disponendum ordinandumque quae memoria depromeret; argumentis commode inueniendis, solide firmandis, diducendis, quibus aduersarios aggrederetur & profigaret. Ad hanc promptitudine incredibilis, bine quindecim diebus librum integrum scribere, & illud sola porciue memoria adiuvice. Epistolis omnibus (et eae erant propemodam infinitae) quibus de rebus quibusvis difficultius rogabatur, respondere ex tempore, intra horam aliquot folia impire, ut fundere eas potius, quam scribere crederebatur. Pater hinc, quam non falso iudicauerit Vignolius Maruillius (68): Mr. de Saumaise auoit l' esprit trés-vif, & la memoire prodigieuse.

(67) Praefixa Epistolis Salmasii Lugd. Bat. 1655. 4. ubi vide pag. LV, sq.

(68) Tom. I. Melanges. pag. 5.

*Autant de Livres de sa façon, autant d' Impromptu.* Mirum non esset, amicelector, si post tantum memoriae portentum, quod omnem admirationem tuam occupasse videtur, nemo amplius polymnemonum prodire auderet. Audent tamen nonnulli, non quidem ut cum Salmasio comparari velint, sed ut noua succrescat admiratio, donec veluti post interscenium, ad magnum illud par Scaligerorum deueniatur. *Ioannes Baptista SALVTIVS*, patria Genuensis, eiusdem Reipubl. Senator, meritis inclytissimus, qui anno 1642 diem obiit, tam excellenti ingenio, tamque diuina praeditus memoria fuit, vt puer adhuc, quidquid ipsi a magistris sive soluta, sive ligata oratione ediscendum tradebatur, promptissime mandaret animo, & reddere iussus, ne syllabam quidem desiderari pateretur. Cuius rei cum saepe alias, tum praesertim in solemnis concione periculum fecit, quando annos vix natus novem insigni oratione, Reip. Genuensis Duxem, nuper electum, patria sui amissimum, laudauit, Senatoribus multis, atque omni fere nobilitate audiente; ea alacris promisque ingenii commendatione, ut esse omnibus admirationi, ac vix credibile videretur, posse tantam in id actas puerulum cadere vim ingenii atque memoriae (69). *Adamus SASBOLDVS*, vulgo *Sasbough*, Delphensis Batavus, ordini D. Francisci ascriptus, qui post varia edita scripta anno aetatis 36, post Christum natum 1553 decepsit, fidae memoriae beneficio, libros XII Aeneidos Virgilii, sine monitore, promte potuit recitare. Testis est *Sveertius in Abenio Batavis*, & *Koenigius in Bibliotheca*. Praeterea hand obscuram fortassis memoriae fiduciam arguit, quod idem hic Sasboldus, licet aliquot librorum scriptor, referente tamen Desselio in *Bibliotheca Belgica*, creditus sit in cellam suam pro bibliotheca, praeceps Brevia rum ac Bla Sura, cum scriptis suis, alios libros non admissee (70) M Fabius Quintilianus, ut ostendat, quantum iuuetur memoria ex rerum ordine probe percepto, & accurata compositione ac diuisione, prouocat ad exemplum Q. *Mucii SCAEVOLAE*, qui in lusu

duo-

(69) *Erythraeus Pinacoth. III. pag. 288.*

(70) Eodem tamen loco Desselius quoddam adducit accusatores, qui Sasboldum plagiarum faciunt, & *Commentarium* eius in *Epistolas Paulinas ex Præselectionibus Ioannis Hasselii Theologi Louaniensis surreptum volunt. Quae accusatio si vera est, videtur tenuis illa Sasboldi bibliotheca vao solum libro auctior fuisse.*

duodecim scruporum (71) cum prior ealculum promouisset, effetque vicitus, dum  
rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus, reddit  
ad eum, quicum luserat, isque ita factum esse confessus est (72). Sed haec  
vere ludicra sunt prae iis, quae de vtroque Scaligero nunc veniunt  
commemoranda. Atque ad patrem quidem Iulium Caesarem SCALIGE-  
RUM quod attinet, non arbitror suspectum testem me producere, si  
ipsius filii verba de memoria eius allegem. Hic autem in Epistola ad  
Ianum Doufam, ubi de vetustate genit⁹ Scaligerae, & vita sua pariter  
ac patris exponit, ita de parente refert (73): Quoties areritis ei psum  
scribendi admissem⁹, tunc, ut Ennius loquitur, poetabatur, & quotunque ver-  
sus noctu conceperat, mane, si per frequentiam eorum, qui illum consulebant,  
aut officii causa inusebant, luceret, sin autem, pessere, postquam omnis turba  
illa dilapsa esset, dicit⁹. Ac tanta erat memoriae felicitas etiam in extrema  
senectute, ut ducentos versus in Viennesiano praedio mibi dictarit, quos die priore  
conco propter visitatorium officium recitare distulerat. Et post alia in-  
teriecta: Parro multarum linguarum peritus fuit, Slavonicae, Hungaricae,  
Germanicae, idiomati Graeci, Itali, Hispanici, & Franci. Sed Francicum  
tribus mansibus, postquam Aginnum venisset, perf. & ssime loquebatur: cum  
ramen & Vasconicum simul didicisset. Maior enim longe differencia est linguae  
Francicae & Vasconiae, quam Flandrica & Germanicae. His addit Teisse-  
rius (74), quod Scaliger pater septendecim versus Aeschylī confessim  
memoriter recitare potuerit, dummodo eos semel sibi praelectos  
audiuisset. Nec parum facit ad arguendam memoriae eius diuinitatem,  
quod licet magnam vitae partem in militia consumisset, ac ante  
quadragesimum septimum aetatis annum, nec quidquam edidisset,  
nec totum se literis tradidisset, nihil feci⁹ in ipsa valetudinis infirmitate  
id consecutus fuerit, ut criticus acutissimus, Grammaticus acerrimus,  
Poeta excellens, Philosophus subtilissimus, & alter in Medicina  
Aescu-

(71) Videatur eiusdem generis lulus esse, quem hodie vocamus die Dame. Pro scri-  
porum legi manu scriptorum Colomesius in Opus. p. 272. sed causam non  
addit.

(72) Institut. Orator. Lib. XI. cap. 2.

(73) Epistola haec prima est inter Iosephi Scaligeri Epistolās, coniunctim editas Lugd.  
Bat. 1627. & Frf. 1628. 8. vbi vid. pag. 39 & 40.

(74) Eloges des Hommes Savans, P. I. pag. 142. conf. Iac. Lefèvri Orat. de Memor  
p. 263.

Aesculapius, Thuani, Lipsii, Vossii, Barthii & aliorum quorumvis  
summorum virorum iudicio euaserit (75). Paternae vero gloriae ac  
memoriae non aerulus dyntaxat, sed velut heres ex aſſe fuit *Iosephus*  
*Iustus SCALIGER*, niſi maius hunc filium ipſo patre maiores existi-  
mari. Quamuis enim vel ſola eius ſtupenda eruditio ſatis oſtentat,  
quam capax ei cerebrum fuerit, quam firma memoria, cui tam im-  
mensa doctrinæ variae moles comitti potuit: tamen nec singularia  
defunt oſtentat, ex quibus velut ex vngue leonem agnoscas. Ipſe in  
eadem ad Dousam epiftolam, cuius paullo ante memini, vbi ſe pleraque  
ſine magiſtro didicife ſcribit, quam ſubitus fuerit ſcriptorum diſ-  
cillimorum helluo, ſimil significat, iactanter quidem magis, vt arbi-  
tror, quam falſo (76). *Vix delibatis*, inquit, *coniugationibus Graecis.*  
*Homerum cum interpretatione arreptam uno & virginis diebus rotum didici*  
(77). — — Reliquis vero poetas Graecos omnes intra quatuor mēſes deuorauit.  
Neque ullum oratorem aut hiforicum prius attigi, quam Poetas omnes tenerem.  
Et, ne ſolus in cauſa ſua teſtili eſte videatur, aduocabo etiam Danièle Hein-

(75) Conferiffima Scaligeri patris encomia vide in Th. Pope - Blount *Cenfura Anto-*  
*rum* p. m. 423 ſqq. quibus merito aſcribo Scaeulac Sammarthani magnifica  
verba ex Elog. Call. p. m. 41: *Ad eius hominis immensam gloriam, cum una*  
*regio non ſufficeret, ideo ſuperis placuit in variis eam nationes ita partiri*  
*ac diuidere, ut eius oritur Itali, educationem Germani, fortunarum ſedem,*  
*ac poſtrem tumulum Galliſbi arrogarent.*

(76) Non protinus credulum ſe praebere videatur Drexelius P. III. *Surifod.* cap. X,  
praeſertim vbi numerum init Poetarum Graecorum, qui principes ſaltem ha-  
bentur. Nec sine cauſa Carolus Perrault, vbi haec reſe t. ſubicit: *Cela eſt*  
*tres-dificile à croire, quey qu'il s'en ſoit vanté lui-même.* Tom. II. des  
*Hommes illuſtres*, pag. 134. Enimvero qui ingenium Scaligeri nouit, facile ſibi  
periuidebit, a gloriatione cum propius abſuſſe, cum haec ſcriberet, quam a  
mendacio.

(77) Miraculo profecto ſimile, cum ſola Ilias, ut computauit ex accuratissima edi-  
tione Cartabrigiensis, verius habeat 15191: nec multo in nor prodidit pumeius  
ex Odylea & reliquis Homeri. Fallit autem veheſtenter eſt Drexelius, loc.  
cit. qui ex amici cuiusdam computo, foli Iliadi aſcribit verius 31670; quem  
incaue fecutus Auracherus. Satis eſt in hac Drexelii ſumma pro toto Homero;  
imo plus ſatis pro Scaligeri, qui intra vnum & virginis dies haec deuorauit.  
Si Miſandrum legas in *Delic. Hifor.* pag. 216, plane duos tantum dies a Scaligero inſumtos crederes. Sed facile eſt, ſue auctoris, ſue typographi oſcitar-  
tiām deprehendere.

Heinsium, virtutum eius, si quisquam alias, consicum, quippe quo Scaliger, dum in Belgio vixit, familiariter vissus est. Ille vero in Epistola ad Isaacum Casaubonum de morte Scaligeri prescripta (78) memoriam eius excellentem his verbis laudauit: *Præter omnium actarum & locorum, præter omnium temporum ac gentium historiam, præter omnium linguarum ac discipularum scientiam, quod maxime in eo semper admirari sumus, promptitudine fuit & memorie extemporalis: quae tam bonam illi nomen erat, ut quaecunque legeret, tenueret ac recondideret; da iis autem, quae recondidisset, quous loco, quous tempore, interrogatus responderet; non inter eruditos tantum, sed & inter eos, qui in rebus publicis & aulis toti occupantur.* Ut non modo res, quae quotidie geruntur, in Gallico præserim regno, sed & singulorum, qui ab quo in eo essent loco, instituta, mores, ingenium ac consuetudinem in numero habere. Quae res Praesidem Ianninum, cum hic esset, in se ponebat dedit, qui deceptum se fuisse ab amicis affirmabat. Expetiisse enim virum, ex eorum commendatione, eruditum: invenisse hominem, qui nihil ignoraret. Aduocabo etiam ipsum Casaubonum (at quantus ille testis!) qui in Praefatione Opusculis Scaligeri praemissa (79). *Nihil est, ait, quod discere quicquam vellet, quod ille docere non posset: nihil legerat, (quid autem ille non legerat?) quod non statim meminisset: nihil tam obscurum aut abditum in illo veteri scriptore Graeco, Latino vel Hebreo, de quo interrogatus non sicutim responderet. Historias omnium populorum, omnium actatum, successiones imperiorum, res Ecclesiæ veteris, in numero habebat: animalium, plantarum, metallorum, omniumque rerum naturalium proprietates, differentias & appellaciones, qua veteres, qua recentes tendebat accurate. Locorum sive, provincialium fineis, & varias pro temporibus illarum divisiones ad unguem collabat. Nullam disciplinarum scientiarumque grauiorum reliquerat intactam. Linguis tam multis tam exalte sciebat, ut vel si hoc unum per eum vitæ spatiū egisset, digna res minucio potuerit videri.* Hac tamen parte felicitatis patre inferior fuit Iosephus noster, quod cum actas in senectutem vergeret, memoriam hanc diuinam labefactari videret. Has enim ad Doulam querelas fudit (80): *Multa hactenus larent me, quae ignorō: m̄ta excidere, quae sciui: ut possim agnoscere morbum memoriae meae, quae mihi in hac acta-*

## D

te

(78) Habetur in Epistolis Iof. Scaligeri Lib. IV. Epist. CCCCLIII. vid. pag. 721, ed. Pyl.

(79) Edit. Paris. 1610. 4. pag. c. ii.

(80) Epist. I. pag. 4.

se aurem vellit, & me monet quotidie mori. Item aliquando ad amicos  
(81) : Misera valeo memoria: nunc ego possim quidem recordari, esse in Eu-  
clide, & quo in libro, & quae verba; sed non qua propositione. Fui felici  
memoria, ut so disticha, si semel legissim, possem recitare, & omnia mea carmina,  
quae composueram. Ceterum an arte quadam, ad memoriam adhibita,  
tot portenta ediderit Scaliger, demonstrandum illis relinquo, qui id  
aiunt (82); mihi quidem nondum obuenit idoneus eius rei auctor.  
In tanta vero ingenii ac memoriae diuinitate non inique Lipsius (83)  
Iosephum hunc vocavit *Daemonium hominis*: nec male aliquis (84)  
vtrumque Scaligerum appellavit *homines millenarios*, id est tales, quales  
natura intra mille annos vix duos producit.

Dabis veniam, Lector benebole, quod plures non adiungam.  
Malo enim, integra admiratione tua, in Scaligeris nunc desinere,  
quam alios, tantis heroibus fortassis impares, adiicere, in quibus animum  
ab exspectatione sequentium remittas. Praeterea cum per hos  
polymnemones decenter te conuentum velim, cavendum mihi est,  
ne nimia eorum turbat obtundat potius quam compellet. Quippe,  
iis duntaxat deprecatoribus, apud te impetrare volui, vt ad diem V  
Kalend. Februari. a meridie, post vota publica in templis nuncupata,  
in auditorio nostro te siftas. Dies ille facer est nomini ac memoriae  
CAROLI XI, Regis nostri clementissimi, quem ut saltum adhuc &  
superflitem omnes enixe gaudemus, ita Musis nostris nihil prius aut  
antiquius est, quam pietatem suam tam sancto nomini, eo, quo valent,  
officiorum genere declarare. Cum vero nec diurna REGIS char-  
rissimi absentia, nec fata Sueciae, orationem omnino lacram admittant,  
danda est opera, ne aur gratulatio sine omni doloris sensu esse,  
aut dolor omnem gratulationem praeccludere videatur. Has partes in

(81) In *Scaligerianis*, p. m 263.

(82) Io. Brancacius, pro venditanda arte sua memoriae, ut liquet ex *Attis Erud.*  
*Liss.* 1703, p. 67. Si quid autem ego iudico, illud potius aris genus Iosepho  
etiam Scaligero tribuemus, quod a patre Iul. Caesare adhucum creditur Ber-  
neggerus, loco, quem supra allegau, vbi de Io. Pappo.

(83) *Epistol. Quæsti.* Lib. III. Ep. 20.

(84) P. Fulgentius, Italus, scriptor *Vitæ Pauli Sarpiæ*. ut ex Huguetani *Itinerario*  
Italico refert Ant. Teisserius P. I, Eleg. pag. 150.

se suscepserunt iuuenes duo ex supremo coetu nobilissimi, & liberalibus ingenii in spem reipublicae efflorescentes, quorum alter

## SIGISMVNDS DANCKWERTH,

*Barduicensis,*

### Sueciam iuste dolentem

oratione Latina ; alter

## IOACHIMVS GEORGIVS FERBER,


*Stadenfis.*

### Sueciam iuste sperantem

oratione Germanica demonstrabit ; argumentis utrumque ita temperatis, vt Musae nostrae, in hac aperta temporum difficultate, neque ad adulandum satis impudentiae, neque ad desperandum satis diffidentiae habere intelligantur.

Quisquis igitur haec legis, siue literarum Praeses ac Stator, siue officinae nostrae & bonarum mentium fautor, praesentia tua concioni nostrae decus addet. Neque enim quidquam magis valet ad honestum in iuene oratore laudis studium, quam frequens auditorum illustrium conuentus ; neque Gymnasium nostrum, quod per singularem Dei indulgentiam floret, de felicitatis suae constantia vlo alio indicio magis confirmatur. Scripti Stadae X Kal. Febr.

A, CI CI CC XI.



zur Verleihung eines neuen Namens, der den alten Namen nicht ganz aufgibt, sondern mit ihm verbindet.

## SIGISMUNDAS DANCKERTH

Suecissim iustice goetiecum

## IOVCHIMAS GEORGIAS LERBER

Suecissim iustice libertatibus

Officiale Geomaritis qmoulyspis, sibundus in tenuis.  
Est, a. 1600. In die dies libetatis qmoulyspis, dicitur ad  
suecissim iustice libertatibus, quod dicitur ad dicitur ad  
populi iustitionem.  
Ouidam item psecc. 1600, die iustitiae psecc. ac 27. Oct. 1600  
officiale notarie psecc. 1600, psecc. 1600, psecc. 1600  
notificatus ad eam, inde eam dicitur iustitiae libertatis qmoulyspis.  
In iustitiae libertatis qmoulyspis, dicitur iustitiae libertatis qmoulyspis.  
convenit, ut dicitur iustitiae libertatis qmoulyspis, dicitur iustitiae libertatis qmoulyspis.  
iustitiae libertatis qmoulyspis, dicitur iustitiae libertatis qmoulyspis.

Magis coniugium, scilicet saec. X. Krf. 1600.

A. CC. I. CC. XI.

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600


1600

No 113.  
8 80



M. L.

Corpus, mucrone  
le amabit



XXXI.  
8  
55  
83  
83  
**POLYMNEMONES**  
SIVE  
**MEMORIAE**  
**DIVINIORIS**  
EXEMPLORVM PLVS. CENTVM  
EX VARIA  
PRAESERTIM ERVDITORVM HISTORIA  
DEPROMOTORVM  
**CONTINVATIO TERTIA**  
QVA AD  
**ORATIONES**  
IN SOLEMNIBVS CAROLINIS AD D V KAL FEBR  
POST MERIDIEM A PRECIBVS PUBLICIS  
BENEVOLE AVDIENDAS  
CONCIONEM VIRORVM SPECTATISSIMORVM  
IN MVSEVM STADENSE PUBLICVM  
PER QVAM OFFICIOSE CONVOCAT  
**MICHAEL RICHEY**  
RECTOR  
STADAEC OPERIS HOLVVEINIANIS  
A CCID ID CC XI

